Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Rituale (Kranken- und Sterberitus, Begräbnisritus), lat. mit dt. Rubriken · Totenoffizium, lat. · Prozessionale, lat. mit dt. Rubriken · ‚Donaueschinger Passion' (Evangelienlesungen zur Passion mit ...

**Oberrheinischer Sprachraum (Straßburg, Dominikanerinnenkloster St. Nikolaus in undis oder Freiburg i. Br., Dominikanerinnenkloster Adelhausen), um 1470-1475**

Lc 22,1-71; 23,1-53

urn:nbn:de:bsz:31-93571

Visual Library

q erat parasceue · qd e ante sabbm

ioseph venit abaromathia nobilis decurio
qui et ipse expectans regnu di &
audacter introivit ad pylatu & pe
tiit corp ihu · Pylatus aut mirabat
si iam obisset · Et accersito centuri
one · interrogavit eu si ia mortu
esset · Et cu cognovisset acenturione ·
donavit corpus ioseph · Ioseph aut
mercatus syndone · & depones eu
eu involvit syndone · & posuit in
monumeto · qd erat excisu in pe
tra · Et advolvit lapidem magnu
adhostiu monumenti · Feria Quarta
Passio dni nri ihu xpi · Scdm lucam ·

In illo tempe Appropinquabat dies
festus azimor · qui dicit pascha ·
Et querebant pncipes sacerdotu
& scribe quomodo ihm interficeret ·
timebant vero plebem · Intravit
aut sathanas in iudam q cognomin

nabat scarioth unū de duodeci
et abiit et locutus ē cū principibꝫ sa
cerdotū et magistratibꝫ quē admo
dū illū traderet eis. Et gavisi
sunt. et pacti sūt pecuniam illi
dare. Et spopondit. Et quere
bat oportunitatē. ut traderet
illū sine turbis. Venit aūt dies
azymorū in qua necesse erat oc
cidi pascha. et misit petrū et io
hannē dicens. Euntes parate
nobis pascha. ut manducem⁹.
At illi dixerunt. Ubi vis parem⁹.
Et dixit ad eos. Ecce introeun
tibꝫ vobis in civitatem. occurret
vobis homo amphoram aque
portans. Sequimini eū. in do
mū in qua intrat. et dicetis pa
tri familias dom⁹. Dicit tē ma
gister. ubi ē diversoriū ubi
pascha cū discipulis meis manducē.

Et ipse vobis monstrabit cenaculum
magnum stratum: et ibi parate. Eun-
tes autem invenerunt sic dixit illis:
et paraverunt pascha. Et cum facta
esset hora discubuit: et duodecim
apostoli cum eo. Et ait illis. Deside-
rio desideravi hoc pascha mandu-
care vobiscum: antequam paciar.
Dico enim vobis: quia ex hoc non man-
ducabo illud donec impleatur
in regno dei. Et accepto calice:
gratias egit et dixit. Accipite et di-
vidite inter vos. Dico enim vobis:
quod non bibam de generacione vi-
tis donec regnum dei veniat. Et
accepto pane: gratias egit ac fre-
git et dedit eis dicens. Hoc est
corpus meum quod pro vobis datur. ~~hoc~~
hoc facite in meam commemoracio-
ne. Similiter et calicem post-
quam cenavit dicens. Hic est calix

novum testamentum in sanguine meo.
qui pro vobis fundetur. Verumtamen
ecce manus tradentis me mecum est
in mensa. Et quidem filius hominis
secundum quod diffinitum est vadit.
Verumtamen ve illi homini per quem
tradetur. Et ipsi ceperunt querere inter
se: quis esset ex eis qui hoc facturus
esset. Facta est autem contencio inter
eos: quis eorum videretur esse maior.
Dixit autem eis. Reges gencium dominantur
eorum: et qui potestatem habent super
eos benefici vocantur. Vos autem non
sic. Sed qui maior est in vobis fiat sicut
minor. et qui precessor est sicut mini
strator. Nam quis maior est qui re
cumbit an qui ministrat? Nonne
qui recumbit? Ego autem in medio
vestrum sum: sicut qui ministrat. Vos autem
estis qui permansistis mecum in temp
tacionibus meis. et ego dispono vo

bis sic disposuit mi pr mis regnum
ut edatis et bibatis sup mēsā meam
in regno meo. et sedeatis sup thro
nos iudicantes duodecī tribus isrl'
Dixit aut dns. Symon symon. ecce
sathanas expetiuit vos ut cribra
ret sic triticū. ego aut rogaui p te
ut nō deficiat fides tua. et tu aliquā
do conversus cōfirma frēs tuos. Q'
dixit ei. Dn̄e tecū sū paratꝰ et in
carcere et in mortem ire. Et ille dix.
Dico t petre. nō cantabit hodie
gallꝰ donec ter abneges nosse me.
Et dixit eis. Quando misi vos sine
saculo et pera et calciamentis. nunqd
aliqd defuit vob. At illi dixerunt
Nichil. Dixit ergo eis. Sed nūc qui ht
sacculū. tollat silr et perā et qui nō habet
tunicā suā vendat et emat gladiū.
Dico eī vob. qm adhuc hoc qd scrip
tū ē oportet impleri in me. et qd
cū iniquis deputatꝰ ē. Et eni ea

que sunt de me: finem habent. At
illi dixerunt. Domine ecce gladii duo
hic. At ille dixit eis. Satis est. Et
egressus: ibat secundum consuetudinem in mon-
te oliveti. Secuti sunt autem illum et discipuli.
Et cum venisset ad locum: dixit illis. Ora-
te: ne intretis in temptacionem. Et
ipse ~~[illegible]~~ avulsus est ab eis quantum iac-
tus est lapidis: et positis genibus ora-
bat dicens. Pater si vis transfer calicem
istum a me. Verumtamen non mea voluntas.
sed tua fiat. Apparuit autem illi angelus
de celo: confortans eum. Et factus in ago-
nia prolixius orabat. et factus est sudor
eius sicut gutte sanguinis decurrentis
in terra. Et cum surrexisset ab oratione:
et venisset ad discipulos suos: invenit
eos dormientes pre tristicia. Et ait
illis. Quid dormitis? Surgite orate:
ne intretis in temptacionem. Adhuc
eo loquente: ecce turba et qui voca-

bat iudas vnus de duodecim ante·
cedebat eos · et appropinquabat ihu
ut oscularet eū · Ihc aūt dixit illi ·
Iuda · osculo filiū hoīs tradis? Vi
dentes aūt hii qui circa ipm erat
quod futurū erat · dixerūt ei · Dñe ·
si pcutimus in gladio? Et pcussit
vnus ex illis seruū pncipis sacer
dotū · et amputauit auriculam eius
dextram · Respondēs aūt ihc ait ·
Sinite usqꝫ huc · Et cū tetigis
set auriculam eius · sanauit eū · Dix
aūt ihc ad eos qui venerant ad se
pncipes sacerdotū · et magistratus
templi et seniores Quasi ad latro
nē existis cū gladiis et fustibꝫ cū
cottidie vobiscū fuerim in templo
nō extendistis manus in me · Sꝫ hec
est hora vra · et potestas tenebrarū
Conprehendentes aūt eū duxerūt
ad domū pncipis sacerdotū · Pe

trus vero sequebatur alonge. Accen
so autem igni in medio atrio et circum
sedentibus illis: erat petrus in medio
eorum. Quem cum vidisset ancilla quedam se
dentem ad lumen: et eum fuisset ~~eu~~ intuita
dixit. Et hic cum illo erat. At ille ne
gavit eum dicens. Mulier: non novi illum
Et post pusillum alius videns eum dixit
Et tu de illis es. Petrus vero ait
O homo non sum. Et intervallo facto
quasi hore unius. alius quidam affirma
bat dicens. Vere et hic cum illo erat:
Namque et ~~gallus~~ est galileus est. Et ait
Petrus Homo nescio quid dicis.
Et continuo adhuc illo loquente:
cantavit gallus. Et conversus dominus. re
spexit petrum. Et recordatus est petrus
verbi domini sic dixerat: quia priusquam
gallus cantet ter me negabis.
Et egressus foras petrus flevit
amare. Et viri qui tenebant eum

illudebant ei cedentes. Et vela
uerunt eum et percutiebant faciem
eius: et interrogabant eum dicentes
Prophetiza: quis est qui te percussit?
Et alia multa blasphemantes
dicebant in eum. Et ut factus est dies:
conuenerunt seniores plebis et prin
cipes sacerdotum et scribe: et duxerunt
illum in concilium suum dicentes. Si tu es
christus dic nobis. Et ait illis. Si uobis
dixero: non credetis mihi. Si autem et inter
rogauero: non respondebitis mihi neque
dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis
sedens a dextris virtutis dei. Dixerunt
autem omnes. Tu ergo es filius dei? Qui
ait Vos dicitis: quia ego sum. At illi dix
erunt. Quid adhuc desideramus testimo
nium? Ipsi enim audiuimus de ore eius. Et
exsurgens omnis multitudo eorum.
duxerunt ad pylatum. Ceperunt autem
illum acusare dicentes Hunc inve
nimus subuertentem gentem nostram: et

phibentem tributa dari cesari.
et dicentē se xp̄m regē esse. Py
latus aūt interrogavit eū dicens
Tu es rex iudeorum. At ille respon
dens ait. Tu dicis. Ait aūt pylatus
ad pn̄cipes sacerdotū et turbas
Nichil invenio cause in hoc hoīe.
At illi ~~inval~~ valescebant dicentes
Commovit pp̄lm. docens p universam
iudeam. et incipiens a galy
lea usque huc. Pylatus aūt audiens
galyleam. interrogavit si homo
galyleus esset. Et ut cognovit qd
de herodis potestate esset. remisit
eū ad herode. qui et ipse Ierosoli
mis erat illis diebus. Herodes
aūt viso ih̄u. gavisus ē valde.
Erat aūt ex multo tempe cupi
ens videre eū. eo qd audierit
multa de illo. et spabat signū

aliquod videre ab eo fieri. In
terrogabat autem illum multis
sermonibus. At ipse nichil illi
respondebat. Stabant autem
principes sacerdotum et scribe.
constanter accusantes eum. Spre
uit autem illum herodes cum ex
ercitu suo: et illusit indutum ve
ste alba. et remisit ad pylatum
Et facti sunt amici herodes
pylatus in ipsa die: nam antea
inimici erant adinvicem. Py
latus autem convocatis principibus
sacerdotum et magistratibus et
plebe: dixit ad illos. Obtuli
stis mihi hunc hominem quasi aver
tentem populum. et ecce ego coram vobis
interrogans nullam causam in
veni in homine isto ex hiis in
quibus eum accusatis. sed neque

herodes. Nam remisi vos ad illum.
et ecce nichil dignum morte actum est ei
Emendatum ergo illum dimittam
Necesse autem habebat dimittere
eis per diem festum vnum. Excla-
mant autem simul vniuersa tur-
ba dicens. Tolle hunc et dimitte
nobis barraban. Qui erat prop-
ter sedicionem quandam factam
in ciuitate et homicidium missus
in carcerem. Iterum autem
Pylatus locutus est ad illos. Volens
dimittere ihesum. At illi succla-
mabant dicentes. Crucifige cru-
cifige illum. Ille autem tercio
dixit illos. Quid enim mali fe-
cit iste. Nullam causam mortis
inuenio in eo corripiam ergo illum
et dimittam. At illi instabant
vocibus magnis. Postulantes

ut crucifigeretur. Et invalescebant
voces eorum. Et pylatus adiudica
vit fieri peticionem eorum. Dimisit
autem illis eum qui propter homicidium
et sedicionem missus fuerat in carce
rem. quem petebant. ihesum vero
tradidit voluntati eorum. Et cum du
cerent eum. apprehenderunt symo
nem quendam cyrenensem venientem
de villa. et imposuerunt illi cru
cem portare post ihesum. Seque
batur autem illum turba multa populi
et mulierum que plangebant et
lamentabantur eum. Conversus
autem ad illas ihesus dixit. filie
ierusalem nolite flere super me sed
super vos ipsas flete. et super filios
vestros. quia ecce venient dies in
quibus dicent. Beate steriles et
ventres que non genuerunt. et


ecce homo



ubera
apient
nos & 
in viri
qnd fi
dio ne
Et po
citur 
eu & l
alm a
Pr d
qd fac
vestu
Et st
deride
dicent
salum
electi
htes
fero

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ubera que nō lactauerūt Tunc in
cipient dicere montibꝫ cadite sup
nos ⁊ collibꝫ operite nos. Quia si
in viridi ligno hec faciunt. in arido
quid fiet. Ducebant autē ⁊ alii
duo nequā cū eo. ut interficerent
Et postquā venerūt in locū qui di-
citur caluarie. ibi crucifixerūt
eū ⁊ latrones vnū a dextris. ⁊
aliū a sinistris Ihc autē dicebat
Pr dimitte illis. nō enī sciunt
qd faciunt Diuidentes vero
vestimenta eius. miserūt sorte
Et stabat ppls expectans. Et
deridebant eū pncipes cū eis
dicentes. Alios saluos fecit. se
saluū faciat si hic ē xpc dei
electꝰ Illudebant autē ei ⁊ mi-
lites. accedentes ⁊ acetū of-
ferentes illi dicentes. Si tu

es rex iudeorum · saluum te fac · Erat
autem super scriptio scripta super illum
litteris grecis et latinis et hebray
cis · Hic est rex iudeorum Unus autem
de hiis qui pendebant latronibus
blasphemabat eum dicens · Si tu
es xpc · saluum fac temetipsum et
nos · Respondens autem alter in
crepabat illum dicens · Neque tu ti
mes deum · quod in eadem dampna
cione es · Et nos quidem iuste
nam digna factis recipimus · Hic
vero nichil mali gessit · Et dice
bat ad ihesum · Domine memento
mei cum veneris in regnum tuum ·
Et dixit illi ihesus · Amen dico tibi
hodie mecum eris in paradiso · E
rat autem fere hora sexta · et te
nebre facte sunt in universa
terra · usque in hora nonam · Et ob





BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

scuratꝰ ē sol. ⁊ velum templi
scissum ē mediū. Et clamans voce
magna ihc ait. Pr in manꝰ tuas co
mendo spm meū. Et hec dicens ex
spirauit. Videns autē centurio qđ
fcm̄ erat glorificauit dm̄ dicēs. Vere
hic homo iustꝰ erat. ~~Et oīs~~ oīs
turba eoꝝ qui simul ad erant ad spec
taculū istd. ⁊ videbant que fiebat.
pcuciebant pectora sua reuertebatur.
Stabant autē oīs noti eiꝰ a longe
⁊ mulieres que secute erant a ga
lilea. hec videntes. Et ecce vir noīe
ioseph qui erat decurio vir bonus
⁊ iustꝰ. hic nō conserat consilio ⁊
actibꝰ eoꝝ. ab aromathya ciuitate
iudee. qui et ipē exspectabat regnū
dei. hic accessit ad pylatū ⁊ peciit
corpꝰ ihū. Et depositū involuit
in sindone ⁊ posuit eū in monu
mento exciso. in quo non dū qsquā

positus fuerat. In parasceue passio
dni nri ihu xpi scdm iohem.

gressus e ihc cu discipulis
suis. trans torrente cedron:
ubi erat ortus. In que introiuit
ipse et discipuli eius. Sciebat aut
et iudas qui tradebat eu locu:
qr frequenter ihc conuenerat illuc
cu discipulis suis. Iudas aut cu
accepisset cohortem et a pontifi
cib et phariseys ministros: venit
illuc cu laternis et facib et armis
Ihc itaq sciens omnia que ventu
ra erant sup eu processit et dicit
eis. Que queritis? Responderunt
ei. Ihm nazarenu. Dicit eis
ihc. Ego sum. Stabat aut et iu
das qui tradebat eu cu ipis
Ut ergo dixit ego sum. abierunt
retrorsu et ceciderunt in terra